

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epigrammatum Ioan

Owen, John

Amstelodami, 1669

Liber secundus

urn:nbn:de:bsz:31-101098

EPIGRAMMATUM
 JOANNIS AUDOENI
 OXONIENSIS
 CAMBRO-BRITANNI,
 Ad GUILIELMUM SIDLEY,

Equitem & Baronetum,

LIBER SECUNDUS.

Ad Criticum Aulicum.

1 Nil distant labor atque labos, nihil arbor & arbos;
 Idem honor est & honos: qui rapit ergo, sapit.

2 *Fides.*

N Os ratio docet esse Deum, cogitque fateri;
 Hac ratione, Fides est rationis opus.

3 *Deus.*

O Mnia cum videat, nulli Deus ipse videtur;
 Solus ubique patet, solus ubique lacet.

4 *Ad Guil. Sidley, Equitem & Baronetum, &c.*

T E linguæ varix decorant & pagina legum;
 Exornant artes & pietatis amor.
 Consilio multis, opibus succurtis egenti;
 Hoc virtutis iter; Cætera mortis erunt.
 Sic tibi, sic Christo, patriæ, patriæque parenti
 Vivito; post mortem Te meliora manent.

5 *Ad ejusdem unicum filium, Joan. Sidley.*

J Anus es; at solo, juvenis jam, nomine: docti
 Emulus esto patris, re quoque Janus eris.
 Vix erit, ut possis doctum superare parentem:
 Aequalis patri filius esto; Sat est.

Q.

6 *Equi-*

6 *Equinoctium perpetuum.
Ad caecum.*

Qua fuit noctique dies tibi, noxque diei;
Non tamen aequatur linea quæque tibi.

7 *In Anabaptistam Ponticum.*

Sifanus vis esse, sacram servato dixtam,
Pontice; conato sæpe, lavato semel.

8 *Dii Inconstantis.*

Vertumnum celebrant Romani: Procrea Graji;
Quæ non jam tellus Numen utrumque colit.

9 *Axungia.*

Ne sicus volvente rota crepet, ungitur axis;
Causidicum mos est ungere, ne taceat.

10 *In Harpalem, duorum filiorum (ut putatur) patrem.*

Qui nomen gerit iste tuum, tuus, Harpale, non est;
Asterius nomen qui tulit, hic tuus est.

11 *Creatio Mulieris.*

Paulus Evangelium populo dum prædicat omni,
Alloquitur * nostrum, non muliebre, genus.
Orate, ô fratres (ac non Orate sorores)
Presbyter in Missa dum facta missat, ait.
Temporibus divisa suis dum singula strictim
Explicat artificis Numine facta Dei,
Qui bonus est, frustra que nihil nec inurile fecit,
Vidit, ait Moses, hoc Deus esse bonum:
Additur hæc operi sollemnis clausula semper,
Excepto, postquam fecmina facta fuit.
* Viri, patres & fratres.

12 *In Papinianum & Ponticum.*

Posse errare negas te, Papiniane; sed erras:
Tu te errare negas, Pontice; posse putas.

13 *In Tuslonum.*

Mortuus est Tuslonus, opes de morte resurgunt,
In cumulo ut tumulo quæ jacere diu.

14
D^octores pecc
Cur non p

15
In Man

Innatum nigro
Albus in adv
posse negant sanc
Non est ergo S

16

Unde fit ut Fra
Inceperit in
proterit genero
1 Angelus est

17

G^oarrullate mi
Tucus plus

18
Veron

Verona Bene
Eho Place

19

Mater * Ale
Temporis

20

Dista sit à pris
Temporis,
Temporis illius n
Temporis xtern

21

Plurimus in ex
Conjuga in te

14

De pana & culpa.

DOdiores peccata inter non entia ponunt:
Cur non peccati pana sit ergo nihil.

15

In Mauros, qui Angelos nigros, Dæmones albos pingunt.

Innatum nigror non exiit arte colorem;
Albus in aduersum vertitur arte color.
Posse negant sancti respiscere dæmona patres:
Non est ergo Satan candidus; Hic niger est.

16

P' Argent fait tout.

Unde fit ut Francus post tor, post bella tor, Anglus
Integer in solito regnet uterque solo
Protexit generosa tuum te, Francia. * scutum:
‡ Angelus est custos, Anglia tota, tuus.
* L' Escu: † L' Angeloc.

17

In quendam ebriosum.

Garrulitate nihil sicca sitibundius; uxor
Tecua plus loquitur: cur bibit ergo minus?

18

*Verona, Placentia, & Beneuentum.
Ad Italum.*

Verona Beneventanam raro itur ad urbem,
Esto Placentinus: tu * Bene-ventus eris.
* Ben venuto per tutto.

19

Tempus, Veritas, Odium.

Mater * Aletheia est odii, sed filia longi.
Temporis: est odium Temporis ergo nepos.

20

Temporis filia.

Dicta fui à prisci quæ filia Temporis: hujus
Temporis, an prisci filia dicar ego?
Temporis illius non filia, temporis hujus:
Temporis æternus Filia Christus erat.

21

Amor conjugalis.

Plutimus in cælis amor est, connubia nulla:
Conjugia in terris plurima, nullus amor.

Q 2

22 De

180 LIBER SECUNDUS,

22 Decalogus, Oratio dominica, & Symbolum Apostolicum.

UNus amor, præcepta decem: spes unica, vota sunt septem; articuli sex bis, ac una fides.

23 *Ad Callistratum.*

SPlene laboranti male num. Callistrare, dixi? Splen ridere facit, splen quoque fieri facit.

24 *Sol.*

TRes infra totidemque supra te cerno planetas: In medio virtus maxima, Phæbe, tua est.

25 *Metaphora.*

Naturæ linguam corrupta scientia nescit, Naturæ voces lexica nulla notant, Senfa figurato promit sermone colonus; Gestit & urbano rusticus ore loqui. Vita quoque ornatur variis, ut lingua figuris: Tota figurata est: vivimus, ut loquimur.

26 *Christus Theol. Med. & I. Conf.*

THEiologi Medicique in terris munere functus: In cælo peragit Judicis officium.

27 *De jure Anglico-Wallio-Gallico.*

Directum * Gallus, † Cor-rectum Wallus, ac Anglus

Nomine Jus * Rectum simpliciore vocat.

Dirigit errantes Lex lucida, corrigit omnes Errores; Juris Regula cuncta regit.

* Droit. Italice Directo. † Cyfraach * Right.

28 *Castor & Pollux.*

CONcordes duo sunt in cælo sidera fratres, In terra unanimes vix reor esse Deos.

29 *Quod à isfertur, non aufertur.*

Differt, non aufert mortem longissima vita: Quid differt igitur cras hodieve mori?

30 He-

LI
10
A Utrum arum
for
Quicquid
Forma, va let
Non possunt
Impietas, anti
Fortunam fa
11
Pœtibus homin
Contra in d
12
Stella micant
Nunciat in
In cælo semper
In terra luce
13
Natura in Mo
Exodon
14
UXore sine b
Ducere
Alterutrum
Quod min
15
E X his quinque
Unum ser
16
Dignitas Cleri
Degeneret
17
Tanta joculos
cælium
Humani gene

30 *Honoris venalis Apologia. Ad
Baronetos.*

Aurum arumque & honor Fortunæ sunt bona
fortis:

Quicquid & humano pendet ab arbitrio,
Forma, valetudo, vires, bona corporis almi,
Non possunt pretio, nec bona mentis, emi.
Impietas, animam; est insania vendere corpus?
Fortunam fas est vendere; fas emere.

31 *Autoritas & Ratio.*

Indicis hominum non Quis confidero, sed Quid;
Contra in divinis, non rogo, Quid? rogo, Quis?

32 *Lucifer.*

Stella micans Veneris nocturna diurnaue, noctem
Nunciat inducto vespere, mane diem.
In cælo semper solem comitatur euntem,
In terra lucem cur fugit ergo Venus?

33 *De fine Mundi.*

Narravit Moses Genesim, primordia mundi;
Exodon at nobis dicere non potuit.

34 *Ad Pontilianum.*

Uxore sine bonas binas tibi præstat, an unam
Ducere difficilem, Pontiliane, rogas.
Asterutrum si sit mihi ferre necesse malorum;
Quod minimum est, unam ducere malo malam.

35 *Perfektio legis amor.*

Ex bis quinque duo præceptis, æque duobus,
Unum servato, sufficit illud; Ama.

36 *Devotio.*

Divitiis Cleri peperit devotio vulgi:
Degenerem prolem religiosa parens.

37 *De cælo & terra.*

Terra loculos prope tota laret? patet undique
cælum:
Humani generis te, puto, terra, pudet.

*Ad Aufum, In Sextum, de**Quinto.*

INvidet, Aule, mihi Sextus? miseresco ego Sexti;
Quinto, qui mihi non invidet, invideo.

In Pollionem.

DEferis uxorem, quo jure relinquitur, ante
Conjugium à multis tacta probatur, ais.
Conjugium Præ-contractus, scio, non nego, frangit;
Ad præ-contractus, Pollio, non dirimit.

Mera trica, Ad N.

ESse meras tricas meretrices, hæud male dixi;
Scorta tamen raras in cute *reixas* habent.

Ad Pannicum exsulem problema.

LIBer in exsilio quodammodo, Pannice, vitam
Nunc agis, in patria qui prius exul eras.
Vita magis fortunarum tolerabilis harum?
Extera libertas, exsiliurne domi?
Quæ mea sit si forte rogas sententia? Malo,
Esse relegatus quam religatus ego.

Vespere.

SOLabiens paulum lucis post terga relictum
Monstrat; uti Mosi posteriora Deus.

Mane.

Non pulchram Phœbi faciem surgentis Eoo
Cernimus; Antipodes posteriora vident.

Baptismus, Ad Judæum.

LOTio Baptisma est, at Circumcisio vulnus;
Curantur sacra vulnera legis aqua.

Meaurontimorumænos.

DUM mortem virare studet, vitamque tueri,
Se toto vitæ tempore torquet homo.
Bruta bonis fruitur præsentis bestia vitæ;
Dum vivit, vivit; cum moritur, moritur.

*Ad Guil, Silley, Equitem & Ba-
ronerum.*

ÆRE meres, & Tu virtute mereris honorem,
Cum te nec moveat, nec mereatur honor.

Græco-Latin
Quæque fig
Quæ cum Maj
Ex male præ
Versata in par
Vingo, Magis
Et respondeat
Cumque suo
Tam rationalis
Muracm tecu

D'is prim
Definis:
In tot particu
Loangior ut

V'ribetibus c
Civis Rom
Judicii suprema
Sæ, Sum Rom

V'rait in huc
Vicir; &

N'islo pene
Mor in lert
Hoc tibi quod
Tu quoque d

E' Strimi Janac
Iner cornu
Dua Merathelis
Tora' Regis

46

Ad I. P.

GRæco-Latina, sagax, sapiens tibi quæritur uxor;
 Quæque figuratè syllogizare sciat.
 Quæ cum Major em præsumferit atque Minorem,
 Ex male præsumptis urgeat Ergo sequi.
 Versata in parvis quæ naturalibus olim
 Virgo, Magistra Artis nunc fit in arte sua.
 Et respondeat Opponentibus omnibus una,
 Cumque suo de omni disserat Ente proco.
 Tam rationalis mihi si contingeret uxor;
 Mutarem tecum, si tua bruta foret.

47

In Ramiflam bimembrem.

DESinis prim um, cum dividis omnia; rursus
 Desinis: it erum dividis omne genus.
 In tot particulas generalia singula scindis,
 Longior ut *Methodus* sit tua, quam sit *edus*.

48

Ad S. Paulum. De civitate Dei.

VERberibus cum cæsus eras, defensio præsens,
 Civis Romanus sum: tua, Paule, fuit.
 Judiciæ suprema dies cum venerit, an tum
 Sat, Sum Romanus, dicere civis, erit?

49

Christus.

VENit in hunc mundum: vidit mortalia, mortem
 Vicit; & ad superos in sua regna redit.

50

*Ad G. Camdenum, Magnæ Britannia
 illustratorem maximum.*

INSula pene suis obliviscenda Britannis,
 Mox in lethæos præcipitanda lacus.
 Hoc tibi quod superest, Camdene, Britannia debet;
 Tu quoque dum superest illa, superstes erit.

51

Ad Perpennam.

EST tibi lunatæ, Perpenna, parenthesis instar,
 Inter cornua frons? dura parenthesis hæc,
 Dura Metathesis hæc. uxor tua prodiga carnis,
 Tota **Kætas*, totum te facit esse † *Kætas*.
 * caro: † cornu:

Q 4

52 B 9

52 *De vitii & divitiis.*

Nemo hominum vivit sine crimine, sive crumena;
Crimine rara suo plena crumena caret.

53 *Mortis & Macelli apologia.*

Mors nisi macret juvenes, lanique juvencos,
Omnia stultorum plena boumque forent.

54 *Heva & Proserpina collatio.*

Hevam delusit serpens, Proserpina Ditis
Capta doio, vana spe specieque boni.
Exiit Heva parens Paradiso, cur quia malum
Edic; ac in malo nescit esse malum.
Inferno exisset, malum Proserpina si non
Edisset, taciti nescia virgo mali
Heva fuit mortis, Proserpina præda Plutonis;
Illa fuit Jovæ filia, & ista Jovis
Utraque gustavit ventum, pœnasque pependit;
Hæc flores, fructus dum legit illa, petit.

55 *Astrologus & Geographus.*

Dividitur totus vos inter maximus orbis;
Cælum est Astrologi, Terraque Geographi.

56 *Ad Faminam, nobilem, pulchram, & pauperem.*

Indotata viro, locupleti nubere quæris
Fœnnia? pauperas irrita vota facit.
Sis ortu generosa licet, speciosaque vultu,
Sordinus externas ambit amator opes.
Prima Categorias inter Substantia sola,
Plus in amore potest, quam Genus & Species.

57 *Con-fœ-entis.*

In verbis nunc hæret Amor: non rebus, ut olim;
Penditur à sensu, non ratione Fides.
In caput ascendit quondam quæ in pectore sedit
Religio: cœrebrî est, quæ modo cordis erat.

58 *Sacrificium mundum.*

Hic mundus Templum dõmini; crux, ara: sacerdos
Et macranda Deo victima, Christus homo.

59

*De peccato M. & V. Ad
Christum.*

Mors tua peccati duplicis discrimina tollit;
Quod mortale fuit, crux veniale fecit.

60

In Inhospitales.

Aspecta non ego sum domuum, non hospes earum,
In quarum foribus Janua limen amat.

61

Alter idem.

Αὐτός, non ἐγώ mihi sic, mihi qui sit *ἰταίος*;
Sit comis, quisquis vult meus esse comes.

62

Sinite parvulos venire ad me.

Lena procaxque caro juvenes in devia ducit;
Mentis at improbitas in fene major inest.
Suspicio hinc, juvenes in caelum ascendere paucos;
Paucos in caelum suspicio ire senes.

63

In Paracelsum.

Discipulos terrae esse salem cum dicat Jesus.
Esse salem terram cur Paracelsus ait?

64

De Ovis.

Induit humanam Persona secunda figuram;
Oviparæ formam tertia sumit avis.
Piscibus atque avibus benedixit Conditor orbis;
Vivi-paris bene non dixit, at ovi-paris.

95

De Roma & Mundo.

Roma vetus quadrata fuit, mundusque rotun-
dus;
Nunc mundus quadra est, & nova Roma rota.

66

Generatio Magica.

Illudas formosa viro quasi succuba dæmon;
Ex hoc concubitu non generatur homo.
Incubus at Serpens, mulier sit succuba. Nasci
Ex Satana loboles & muliere potest.

67 B

67

De Panis & Butyro.

INveni nostræ veneranda vocabula linguæ,
 In Geserî *Bara, †Menin in Illiade,
 *Bara prima vox Genesis. †Menin prima Illiadis,
 Bara autem Cambro-Britannice panem, Menin buty-
 rum significat.

68

Ætas Moſis & Davidis.

Vivet homo (a) centum viginti. Moſche ait annos;
 Et Moſes annos (b) tot ſuper ipſe fuit.
Vita Hominis (c) ſeptem deni (dixit David) anni:
 Quot dixit, vixit; (d) ſeptuaginta, David.
 Annos quot ſtatuit vitæ, tot vixit uterque:
 Ergo propheta fuit morris uterque ſux.
Qui Moſen nuſſerare ſuos, David optime Regum,
 Ille tuos docuit Te (e) numerare dies
 (a) Gen. c. 6. v. 3. (b) Deut. c. 34. v. 7. (c) Pſal. 90.
 v. 10. Pſalmus hic vocatur oratio Moſis, homi-
 nis Dei. (d) 2 Sam. c. 5. v. 4. (e) Pſal. 90.
 v. 12.

69

Numerus par & impar.

OMnia habet medium, ſed dimidio caret Impar:
 Dimidium omnis habet par, medioque caret.

70

Medici & Juris-Conſulti collatio.
Ad Galenum.

TE formidati metuunt, Galene, Tyranni,
 Stat regum in veſtra vnaque morſque manu.
 Arbitrium vobis vitæ, morſque potèſtaſ
 Summa data eſt, uni proxima pene Deo.
 Nos damnare nec ſed non ſine crimine Judex,
 Non ſine reſte potèſt, tu ſine utroque potes.

71

De grege, Rege & Lege.

REX paſtor, populique greges ſunt, pabula leges.
 Æger, Grex: Medicus, Rex: Medicinaque Lex.

72

Orthographia, & Fides Orthodoxa,
Ad Ebraeos.

LEVA ſiniſtroſum, dextroſum dextera tendens,
 Non bene Naturæ conveniæcer eunt.

Tea-

Tendat in dextra si laeva, aut dextera laevam,
 Concurrent geminae, convenientque manus.
 Ebraei vos ortho-graphi, nos ortho-que doxia
 Spiritus est noſter: Litera veſtra manet.

Pauci electi.
 73 Solus & omnis homo caelorum Numen adorat,
 Peccat in hoc Numen ſolus & omnis homo.
 Solum omnemque hominem venit ſervare Redemptor.
 Servatur ſolus, non tamen omnis homo.

De ſalinit, Ambiguum.
 74 Angelorum ingeniola licet generoſaque gens ſit,
 Anglus emit parvo ſal, miri imoque ſales.
 Sic quamvis albus Britanum ſal, Gallicus ater;
 Pluris, quam noſter, venditur iſte niger.

Novitas.
 75 Quae nova ſunt, non ſemper erunt nova, nulla placebunt
 Ergo diu, ſola quae novitate placent.
 Non ſola placuiſſe igitur novitate videntur,
 Sed bonitate nova, quae placuere diu.

Homo non Homo.
 76 Ignit iners natura homines; homo condidit artes;
 Ars opus eſt hominis; non opus artis homo.
 Nemo ducem ſequitur Naturam; vivitur arte:
 Factus homo eſt operis nunc opus ipſe fui.

Autores peccati. In Grammaticaſtros, Autores errorum.
 77 Non bene Grammatici confunditis autor & auctor:

Pythagoras quicquid dixerat, αὐτὸς ἔφα.
 Peccatum infelix produxit originis arbor;
 Unde per exemplum noxius edit Adam.
 Peccati ſerpens autor, dux ſarmina facti.
 Criminis Autor Adam non erat: Auctor erat.

Anagramma Diaboli.
 78 Διὰ τοῦ, Βία, Δόλο. vis, fraus.

Circuit & quaerens quem devorer, ut leo. Dæmon:
 Errantes animas vi quaſi ventus agit. Inſtruit

Instruit occultas Satan, ut vulpecula fraudes :
Quos vi non potuit perdere, fraude ferit.

79 *Facere & Docere. A. E. c. 1. v. 1.*

Nuda sacerdotis docti bene credere inertem
Verba docent populum: Vivere vita docet,
Ut decuit docuit qui te sua verba probavit.
Plus malefacta nocent, quam bene dicta docent.

80 *Fœnus & fors.*

Sorte tua contentus abi : rem fœnore turpe est
Quære : contentus vivito sorte tua.

81 *Inventio veri. Ad Dubitantum.*

Dicitur invento post mille pericula vero
Pythagoras totum sacrificasse bovem.
Hinc tam difficilis facta est inventio veri :
Ut tibi sit vitulum sacrificare fatis.

82 *Circumcisio & Baptismus.*

Circumcisus erat & baptizatus, Jesu
Christe; tibi neutro eum tamen esset opus.
Si purganda parum est utrumque ad crimina; quare
Alterutro tantum fas mihi, Christe, fuit?

83 *Sapientia duæ, Salomon & Jesu.*

Ponitur Apocryphos inter Sapientia libros
Utraque, semper erit, qui sapit. Apocryphos.

84 *In avaros: Vende omnia quæ habet, & da pauperibus.*

Occidit miseros hæc Litera tristis avaros :
Quidque sibi velit hic Spiritus, usque rogant,
Spiritus hoc sibi vult, quod vos non vultis Avari :
Pauperibus dare vult omnia, vosque nihil.

85 *In Sextum, Anabaptisiam.*

Visibilis sit necne Ecclesia, Sexte requiris :
Vestra invisibilis, nostraque visibilis.

86 *Exsulis solatium.*

Non extorris ero, dum vivam terraque stabit :
Nec dum terra solum dicitur, exsul ero.
In cælis extra terramque solumque beatus,
Mortuus extorris, mortuus exsulero.

87 *Venator, piscator auceps, Homo.*

Divitiis & opes venor : laudes & honores
 Aucupor: expiscor mystica : scire volo.
Dum stultus desidero scire, superbus honores
 Ambio ; vilis opes : inter-ea inter-eo.

88 *De isilem.*

Discurret canis in tetra, piscisque profundo
 Innarat ; ad cœlos avolat aves avis.
Fertur in oeculum sapiens cum piscè profundum :
 Ambitosus avi par , avidusque cani.

89 *Solatum pedestrium.*

Non equus ad cœlos generosum Castora vexit:
 Nec puro Triptoleum currus in astra tulit.
 Semita cœlorum est angusta , pedestribus apta:
 Ambulat in lara currus equusque via.

90 *Cera.*

Utiliter triplex ego sum, sacra, justa, salubris:
 A mythis , medicis, juridicisque color.

91 *In quandam formosam instabilem.*

Tex rex astrorum decorat , regina gubernat:
 In vultu Sol, in pectore Luna tuo.

92 *De Anima & corpore.*

Appellant Graji servos sua * *σώματα* quare?
 Nam mens in ser va libera carne laret.
 * Corpora.

Corporis est dominus , dominus ; Rex corporis est
 rex,

Non animæ ; soli noscitur illa Deo.

Corporis est genitor , genitor ; mens Numine divum
 Ducit ab ingenito non generata genus.

93 *De Miraculis Christi. In incredulum.*

Non tibi tanta fides, facere ut miracula possis,
 Tanta nec , ut possis credere facta, fides.

94 *Testamentum vetus.*

Usque ad testantis mortem suprema voluntas
 Ambulat , & nullo jure valere potest.

R

Ergo

Ergo Patris testamentum vetus unde vocetur,
Nescio, cum mortem nesciat ipse pati.

95 *Testamentum novum.*

Hoc testamentum Christique novumque vocavit
Nescio quis primus, quisquis at ille fuit.
Nulla tamen, dum testator superesset Jesus,
Testamenti hujus litera scripta fuit.

96 *Errorum plana sunt omnia. Cic.*

Ægrotant Medici, fraudantur Jure-periti,
Descendunt multi in tartara Theiologi.

97 *Contra omnes gentes.*

Condidit in terris hominem Deus unicus unum
Factus homo multos fecit in orbe Deos.

98 *In Atheos.*

Primus in orbe Deos fecit timor? est tamen, cheu!
Pene Dei reliquos nullus in orbe timor.

99 *Ad Mæcenatem suum, Gulielmum
Silly, &c.*

Longævi quis non optet tibi Nestoris annos?
Vota facit vatum qualia vulgus iners.
Annum, non annos tibi plures opto; sed Annus
Hic, mea si valeant vota, Platonis erit.

100 *In Cottam, pauperem & insperum
scriptorem.*

Sæpe novis opus esse inopi tibi vestibus, inquis;
Est opus ingenio plus tibi, Cotra, novo.

FINIS LIBRI SECUNDI

EPI-